

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



DISPUTATIO JURIDICA

DE

FURTIS,

QUAM

DIVINA FAVENTE GRATIA.

PRÆSIDE

CONSULTISSIMO CLARISSIMOQUE

VIRO,

DN. SIGISMUNDO *Flach*

J.U.D. P.P. P.T. DECANO SPECTA-

TISSIMO, FAUTORE ET PRÆCEPTORE

SUO OMNI ANIMI OBSERVANTIA

COLENDO,

PVBLICE DISCVTIENDAM PROPONIT


In Auditorio novo, horâ septimâ.

Ad diem Aprilis.

AUTHOR ET RESPONDENS,

JOH. LUDOVICUS MIEG,

HEIDELBERGENSIS.



ARGENTORATI.

Typis JOHANNIS REPP I, Anno

M. DC. XXIX.

777

48

1629, 9. Lxix

udi-
tum
2.11.

non
ntum
erum
or. 30.
Ut &
e-



PERILLUSTRIBUS
AC GENEROSISSIMIS
DOMINIS,

DN. WOLFGANGO OTTONI,

ET

DN. LUDOVICO CRAFTIO,

FRATRIBUS, COMITIBUS IN HOHENLOE,
DOMINIS IN LANGENBURG, &c.
Dominis suis Clementissimis.

*Hasce Theses cum officiis demis-
sè offert*

Author & Respondens.



DE FURTIS.

Delictorum materiam in jure nostro propter quotidianum & necessarium usum valde utilem esse, nemo est qui dubitat: inter ea autem præcipuum locum furtum sibi vindicare puto, cum tanta sit in plerisque aliena habendi libido, ut nullæ cruces, nulla tormenta ad coercendam eam sufficiant. *Wes. par. hic. p.* De hoc ergo delicti genere dicturo, ante omnia vox ipsa furti erit explicanda.

I.

Dicitur furtum vel à furvo, (a) vel à fraude, vel à ferendo. (b)

- a) h. e. nigro, quod plerunque noctu fiat. *l. 1. h. t.* hinc græci κλέπην, ἀπό τῆς καλύπην, id est, à tegendo & occultando dixerunt. *Wes. par. hic. nu. 2.* & Homer. quodam in loco ait, κλέπην δὲ τε νυκλὸς ἀμείνω.
- b) Et hoc Gellio probabilius videtur, *l. 1. c. 18. noct. Att.* & sanè rationi congruentius est nam & græci φῶρας appellant fures, παρὰ τὸ φέρειν. *d. l. 1.* cum furtum aliter quam auferendo & contrectando fieri nequeat. *l. 1. §. 1. h. t. Dd. ad §. 2. I. eod.* Hinc obiter noto, argumentum firmum ab Etymologia negativè deduci. *Schneid. ad pr. I. h. t. Dd. ad l. ff. de acquir. possess. vid. omninò Everard. in loc. ab Etymol.*

II.

Furtum est contrectatio (a) rei (b) fraudulosa (c) lucri faciendi gratia (d) vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve, (e) quod lege naturali prohibitum est admittere. (f).

- a) Contrectare intelligitur, nō tantum qui rē aufert, loco movet, ad alium, quàm de quo convenit usum adhibet, sed etiam qui furi consilium dat, vel opem fert, vel denique res furtivas recipit. *§. 6. I. hic. l. 3. §. 18. ff. de acquir. poss.* Non sufficit ergo animus furandi, nisi & contrectatio accesserit. *l. 1. §. 1. l. 21. §. 7. ff. h. t. vid. inf. th. 4. lit. B.*

A 2

b) Sci-



b) Scilicet alienæ, suæ enim rei propriè furtum fieri non dicitur, sed metonymicè. ut in *l. 19. § pen. & ult. l. 66. p. l. 15. § 1. l. 20. ff. h. t. §. 10. I. eod. Vult. 1. Iur. 48. nu. 30. Treutl. hic th. 1. lit. D. MOBILIS. l. 25. h. t. l. 38. ff. de usuc. nec obst. l. 57. h. t. CORPORALIS arg. l. 43. §. 1. de acquir. rer. dom. (quamvis possessionis furtum dicatur fieri in *l. 25. §. 1. h. t. l. 2. ff. de cond. trit. l. 1. § 15. ff. si is qui testam.*) ETIAM MINIMÆ Dd. ad § 16. I. de rer. div. fac. l. 14. §. 17. ff. h. t. l. 22. ff. de damn. inf. l. 1. §. 10. de conjung. cum emanc. (Dis. Covarr. 1. var. res. 7. nu. 12. Zas. sing. resp. 26. ubi tamen nostram communem dicit) modò civiliter agatur, nam accusatio criminalis, ad pœnam corporalem extra ordinem infligendam ex parvis summis non videtur danda, *fac. l. 9. § fin. l. 10. 11. ff. de dol. Wesen. hic nu. 10. vid. tamen Const. crim. artic. 157. & seq.**

c) Cum quis scit, se invito Domino re uti, aut si Dominus sciret, eum prohibetur. *l. 15. ff. de cond. caus. dat.* nam si quis voluntate Domini surripiat, sive expressè. *l. 48. § 4.* sive probabiliter præsumpta. *§. Placuit. 7. I. h. t.* furtum non facit. *dd. ll. fac. l. 53. h. t.* Fraudulosam quoque contrectationem dico esse, si quis debitori suo moroso rem aliquam pro debito aufert, & proinde talis furtum committit. *Obrecht. hic th. 136. Treutl. th. 1. lit. E. Dis. vulgò Dd. Soar. lit. F. nu. 399.*

d) Non enim factum sed causa faciendi quæritur. *l. 39. h. t. l. 16. §. 2. de fals.* itaque voluntas maleficia distinguit. *l. 53. pr. h. t.*

e) Nihil enim interest res an usus intervertatur. *l. 25. § 1. h. t. l. 1. §. 15. si is qui testam. arg. l. 76. de R. V.* Hic quæritur, an rectè statuatur, omne furtum esse possessionis interversionem; adeòq; ejus rei quæ non possidetur furtum fieri nequeat? Quod *Aff. per l. 1. §. 15. ff. si is qui testam. Cujac. par. hic.*

f) *l. 42. ff. de V. S. l. 1. §. fin. ubi Godofr. hic.* quod de jure naturali secundario, quod dominia distinxit, accipiendum. *Treutl. th. 1. lit. b. Dis. Alc. ad d. l. 42.*

III.

Dividitur furtum (a) in manifestum (b) & nec manifestum. (c)

a) Furtum aliàs variè ex adjunctis & subjectis distinguitur, puta in nocturnum & diurnum. *l. 4. ff. ad L. Aquil. Cuj. 11. obs. 27. Macrobr. 1. Sat. 6.* Domesticum & non domesticum. *l. 17. h. t.* velut si uxor vel filius furtum fecerit, quod si leve leviter, sin grave, leviori pœnâ arbitrio judicis erit puniendum. *l. 11. §. 1. ff. de pœn. Bald. & Alex. in l. apud C. de furt. Wes. par. hic. nu. 8. vid. Schneid. in §. Hi qui. I. eod. Conceptum & oblatum potius sunt species actionis furto coherentes quam furti genera.*

§. 3. I.

274.
§. 3. *I. h. t.* quæ cum in desuetudinem abierint. §. 4. *I. h. t.* puto hodiè requisitionem rei furtivæ in domo aliena non admitti *arg. l. 18. ff. de injus voc. l. 23. ff. de injur. l. 2. p. vers. Quid enim. C. quand. & quib. quart. nisi indicia sufficientia locum faciant requisitioni. Schneid. & Borch. ad d. §. 4. vel nisi sit servus fugitivus, qui requiritur. l. 1. §. 2. ff. de fugit. l. 2. C. eod. Diss. Clar. §. rec. sent. §. furtum. num. 3. nisi denique utilitas publica aliud suadeat. l. 6. C. de equed. An autem is, apud quem res furtiva reperta est, fur præsumatur, *vid. Clar. d. l. n. 5.**

b) Sunt autem duo, quæ faciunt furem manifestum. 1. Locus furti vel quicumque antequam fur perveniat ad locum destinatum. *l. 3. 4. ff. h. t. §. 3. I. eod.* 2. Apprehensio, ita quod vel deprehendatur, vel conspiciatur & acclametur, nam si Dominus se occultasset, licet furem vidisset, manifestus tamen fur non esset. *l. 7. §. 1. h. t. Schneid. ad §. Furtorum. I. eod. nu. 3. & 4. Diss. Clar. §. sent. §. furtum. nu. 2.*

c) *l. 2. h. t. §. 3. I. eod.* Nec manifestum furtum est omne, quod manifestum non est *l. 8. h. t.* Quæritur hic, an hæc divisio hodiè adhuc obtineat? *Aff. per Const. Carol. art. 157. ibi, Ehe er danit in sein gewarsam kompt. & art. seq. expresse. distinguitur heimlicher vñnd offentlicher Diebstall. Treutl. hic. th. 1. lit. A.*

IV.

Forma furti est fraudulosa contrectatio, animo lucrificiendi facta, (a) sine quâ furtum non fit. (b)

a) Eaque vel vera, ut cum res revera aufertur. *l. 6. 7. & seq. l. 52. §. 19. h. t.* vel ficta, quam committit receptator rerum furtivarum. *§. 4. f. I. h. t. l. 14. C. eod.* item is cujus ope, consilio, furtum factum est. *§. 11. I. h. t. l. 50. §. 1. l. 36. l. 52. p. l. 54. §. 4. h. t. l. 27. §. 21. ff. ad L. Aquil. & hi ordinaria furti nec manifesti pœna tenentur. Wes. par. hic nu. 11. Bart. in l. 34. h. t. maximè cum in ipso furandi actu auxilium consiliumve fuerit præstitum. Ang. in pract. crim. l. 21. §. 9. h. t. l. 51. vers. ult. ad L. Aquil. Quid si quis consilium furandi tantum dederit? hic furti non tenetur, nisi furtum fuerit secutum. *l. 36. p. h. t. §. 11. I. eod.* nec interest, an fur sine tali consilio furtum esset factururus, ut volunt Dd. communiter teste Wes. hic. num. 11. nocebit ergò tale consilium contrectatione secuta. *l. 52. §. 19. quia fraudulentum l. 47. de R. I. ut agi possit actione furti. l. 53. in fin. ff. de V. S. fac l. 11. §. 6. ff. de injur. vid. Wes. ad §. Interdum. I. h. t.* Quod plus est, contrectatione etiam non secuta tale consilium tanquam rem mali exempli extraordinem puniri posse puto. *arg. l. 79. de R. I. l. 14. ff. de sicar. sicut VVes. par. hic. nu. 11. aliquem carcere punitum ob tale con-**

A 3

silium

filium testatur. Quid si quis opem tantum, non consilium præstitit? Furti tenebitur, modò sciens illud fecerit: *text. in l. 54. §. 4. h. t. §. 11. l. eod.* Cum autem hodie furti pœna sit capitalis, quæritur, an is qui opem vel consilium tulit eadem qua principalis pœna sit plectendus? Non est, sed paulò mitius, *arg. l. 34. h. t. c. dignum. ext. de homic. l. 1. c. de Nili agg. non rump l. 1 §. 2. C. de rapt. virg. & maximè l. 6. ff. de publican. Wes. ad d. §. Interdum. Dis. Bart. in d. l. 36. nisi in ipso actu furandi affuerit & opem tulerit. Wes. d. loc. & hic nu. 11 vid. Schneid ad d. §. hic.*

b) *l. 52. §. 19. l. 6. ff. h. t.* furtum enim sola animi destinatione non committitur, *l. 21. §. 7. h. t.* sed factum requiritur. *arg. l. 225. de V. S.* An ergò affectus furandi effectu non secuto non punitur? Dist. Aut quis tantum cogitat, aut cogitat & agit, aut & cogitat & agit & perficit. Primo casu non punitur, cum cogitationis pœnam nemo patiatur jure fori. *l. 18. ff. de pœn. secus jure poli. c. in civitate. ext. de usur.* Secundo casu civilis actio non datur. *l. 21. §. 7. h. t.* (nisi transeat in Exemplum, ut in §. 8. *l. h. t.*) criminalis extraordinaria dabitur ad delictum accessorium puniendum. *Bart. ad d. l. 21. §. 7.* puta propter fracturam januæ &c. non autem ad furtum nondum commissum. Tertio casu puniri dubium non est. *l. 51. ad L. Aquil. l. 65. h. t. vid. omninò Schneid. ad §. 8. l. h. t.*

V.

Materia furti sunt res alienæ, corporales & mobiles.

De his dictum *sup. th. 2. lit. B.* De rebus alienis illud addo, alienam non esse rem, quæ sit nullius in bonis. *Wes. par. hic. nu. 10.* hinc rerum hereditariarum. *l. 68. h. t. l. 6. ff. Expil. hered. l. 1. §. 15. si is qui testam.* item derelictarum furtum non fit. *l. 43. §. 5. h. t.* secus in rebus civitatis. *l. 81. h. t.* Rerum inventarum furtum fit, cum quis lucrandi animo rem auferat. *l. 43. §. 4. 6. 7. h. t.* secus si idè abstulerit ut Domino reddat. *d. l. 43. §. 8. Wes. in §. fin. l. derer. divis.* quo casu libello publicè proposito, vel per preconem totum facere vel debet, se invenisse & domino redditurum. *d. l. 43. §. 8.* quod si nemo reperiatur qui eam repetat, inventor, si pauper, rem retinere potest, si dives, pauperibus distribuendam dabit. *c. nemo qui. 14. q. 5. Wes. d. l.*

VI.

Finis furti est lucrum, adeò ut sine intentione lucrandi furtum non fiat.

Et hoc est quod dicitur in *l. 39. h. t.* si quis ancillam celaverit libidinis causa furtum non fieri, causam facti non factum ipsum esse inquiren-

quirendum. Sic qui tabulas instrumentave amovet vel celat, eo fine, ut verum non appareat, non furti, sed L. Corn. de falsis tenetur l. 16. §. 2. ff. ad L. Corn. de fals. Ias. in §. pœnales. nu. 53. I. de act. Boer. decis. 272. secus si lucrandi animo eas abstulerit. l. 27. 32. 72. l. 82. §. ult. h. t. Wes. par. ad L. Corn. de fals. n. 7. & hic nu. 6. ex causa enim finali & proposito delicta sunt distinguenda. l. 53. p. h. t. An ergo furtum erit, si quis surripiat, ut pauperibus largiatur? Aff. per l. 54. §. 1. h. t. c. deniq. 14. q. 6. c. sic non. 32. q. 4. Hic etiam quaeritur an à pœna furti excusetur furtum necessitatis vel famis tempore commissum? Quod æquum puto, cum necessitatis tempore à regulis juris communis non raro recedendum sit. ut notat. Bart in l. 2 §. 2. vers. itidem. ff. ad L. Rhod. de jact. c. sicut hi. 47. dist. c. 3. hic. arg. l. fin. C. de patr. qui fil. distr. P. S. O. art. 166. Treutl. th. 3. lit. H. hic. Hænon. th. 10. hic. Dis. El. Rob. disp. 19. th. 4. si tamen talis ad pinguiorem fortunam pervenerit, restituere tenetur. Treutl. d. loc. Viv. lib. 2. comm. op. verb. Furans. nu. 1. & seq. ubi hanc communem dicit.

VII.

Causa efficiens est fraudulosa voluntas.

Ut scilicet Dominus re sua invito fraudetur. l. 15. fin. ff. de cond. caus. dat. supr. th. 2. lit. C. Si quis tamen credat invito Domino se contrectare, cum volente eo id fiat, furtum fieri nego §. Sed & 8. I. h. t. l. 46. §. 8. h. t. (scil. respectu Domini ut ei actio furti detur, non respectu furis, fac. l. 174. de V. S.) plus enim hic est in veritate quam in opinione. §. 11. I. de legat. l. 9 §. 4. de jur. & fact. ign. t. t. C. plus valer. & in re ambigua benignior interpretatio sequenda. l. 9. de R. I. Wes. Schneid. in d. §. 8. Dis. Mynsing. ibid. & Vult. nu. 32. Excipe tamen casum §. sed & 8. I. h. t. qui §. etiam in filiis locum habet. gl. in l. 20. C. h. t. per l. 14. §. 1. ff. de serv. corr. Schneid. d. §. n. 3.

VIII.

Actiones quæ ob furtum competunt, vel dantur ad pœnæ, vel ad rei persecutio- nem: Pœna ordinaria ex jure Justin. mani- festi est quadruplum, (a) nec manifesti, du- plum. (b)

a) §. 5. I. h. t. Quadruplicatur autem vel duplicatur, non id quod interest, sed verum rei pretium cum jure Domini; hæc actio de- fertur facta æstimatione ejus temporis quo furtum factum est. l. 50. p. l. 80. §.

80. §. 1. h. t. Obrecht. hic th. 170. Si verò non Dominus agit, tum utilitas illa duplenda vel quadruplicanda venit, quam actor ex furtiva re percipere potuisset. l. 12. §. ult. l. 52. §. 2. l. 80. p. & §. 1. ff. h. t. Rationem autem differentiae, cur gravius vindicentur manifesta furta nec manifestis (cum alias clam commissa durius puniantur. l. ult. ff. de rit. nupt. l. 54. ff. de adm. tut.) pete ex Cujac. 19. obs. 12. Wespar. hic. nu. 14. fac. l. 2. §. 24. ff. vi bon. rapt. adde Schneid. ad §. fin. nu. 4. I. h. t. Furtum autem in tumultu vel ruina incendiove factum, gravius punitur, & fur indistinctè etiam non deprehensus ex eo intra annum in quadruplum tenetur. l. 18. C. hic Treutl. th. 2. lit. D.

b) d. §. 5. An autem hæc actio ex L. XII. Tab. descendat, controvertitur? Negat. Duar. hic. c. 6. Myns. ad §. pæn. I. h. t. Balduin. ad L. XII. Tab. Aff. Cont. 1. subs. lect. 2. Wes. par. hic. nu. 14. quorum sententia mihi verior videtur. arg. §. 4. I. de nox. act. junct. pr. I. de perp. & temp. act. Sciendum autem etiam extra ordinem criminaliter furti agi posse. l. ul. h. t. l. ult. ff. de priv. del. sed una intentata non datur regressus ad alteram l. 56. §. 1. h. t. l. 6. f. l. 7. §. 1. ff. de injur. fac. l. 14. ff. de accus. Cuj. 8. obs. 33. Treutl. hic th. 3. lit. C.

IX.

Hæc furti actio competit ei, cujus interest, rem subreptam non esse.

Text. in §. Furti. 13. I. h. t. l. 10. 11. 12. l. 82. §. 1. l. 71. §. 1. l. 85. ff. h. t. dummodò interfit ratione rei subreptæ, non aliundè. l. 49. 85. h. t. l. 17. §. ult. ff. de præscript. verb. Ves. ad §. 13. I. h. t. lit. A. & ei furtum factum sit. dd. ll. fac. §. 3. Inst. de Empt. Vend. l. 14. pr. ff. h. t. item requiritur, ut ex honesta causa interfit. l. 11. ff. h. t. Non ergò furi competit actio furti. l. 76. §. 1. l. 14. §. 3. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. de dol. exc. Bronch. c. 4. ab. 71. sicut nec malæ fidei possessori. l. 12. §. 1. ff. h. t. fac. l. 38. §. fin. ff. de adm. tut. An autem ei, qui ab initio bonæ fidei possessor fuit, & postea alienam rem esse rescivit nihilominus furti actio competat, quæritur? Aff. per l. 26. fin. ff. h. t. junct. l. 2. §. 13. ff. Pro Empt. Datur actio furti etiam heredibus. l. 1. §. 1. ff. de priv. del. item commodatariis. l. 15. §. 2. l. 59. ff. h. t. l. 5. §. 15. ff. Commod. item ratione custodiæ, fulloni & sarcinatori, modò sint solvendo. §. Item. 15. I. h. t. l. 90. ff. eod. Vero autem Domino electio datur, vel contra furem agere, vel actione commodati vel conducti rem suam persequi. §. 16. I. eod. Una autem electa, non potest ex pœnitentia ad alteram venire actionem. l. ult. C. h. t. d. §. 16. ubi Schneid. & Vult. Non autem datur depositario. l. 14. §. 3. & 4. h. t. cum tantum dolum & latam culpam præstet, §. 17. I. h. t. An autem eo saltem casu, quo de custodia & culpa præstanoa deposti-

776
depositarius pactus est (quod facere potest. l. 1. §. 6. ff. de pos.) ei furti actio
competat quæritur? Quod Aff. cum eo casu ejus inter sit rem non esse
surreptam l. 2. §. 23. ff. de vi bon. rapt. Myns. §. sed is. lit. f. I. h. t. Obiter illud
noto, furtum simplex non numerari inter casus fortuitos arg. l. 2. §. 7. ff.
de adm. rer. ad civit. pertin. l. 2. ff. Quod met. cans. Duar. π. pro Socio,
c. 4. f.

X.

Datur hæc actio adversus omnes, qui
contrectarunt rem, (a) dolo malo. (b)

a) l. 46. §. 7. 6. t. Item adversus Dominum servi nomine l. 53. §.
1. l. 67. §. 4. h. t. adversus auferentem quid ex fundo l. 57. l. 25. §. 2. h. t.
Kling. ad pr. I. hic. (non etiam adversus eum qui rem hereditariam igno-
rans furatur. l. 6. ff. Expil. her.) Apes cicures (secus in feris l. 26. ff. h. t.)
auferentem. l. 8. §. 1. ff. fam. Erc. An autem bonæ fidei emptor rem em-
ptam nondum tamen traditam surripiens, furti teneatur, Distinguo.
l. 14. §. 1. ff. h. t.

b) Qui ergò doli capaces non sunt, eos furtum facere nego. §.
18. I. h. t. l. 50. §. 2. I. eod. qualis est infans. l. 23. h. t. P. S. D. art. 164. quod
& in infantia proximo verum puto. arg. l. 14. ff. ad Sc. Silan. l. 13. §. 1. ff. de
dol. mal. Pubertati proximum furtum committere posse dubium non
est l. 111. ff. de R. I. §. 18. I. h. t. pœnam ei tamen mitigandam puto. arg. l. 37.
§. 1. ff. de minor. l. 108. ff. de R. I. Clar. 5. sent. c. si. q. 60. n. 3. Furiosus quoque,
cum dolus in eum non cadat, furtum facere nequit. l. 23. §. 2. ff. de Ædil.
Ed. De Ebrio controvertitur, an is pœnâ furti ordinaria sit afficiendus?
Non puto, sed arbitraria eum teneri verius mihi videtur. per l. 6. §. 7. ff.
de re mil. arg. l. 11. §. 2. ff. de pœn. l. un. C. si quis Imp. maled. vid. Menoch. 2.
A. I. Q. c. 326. & ibi alleg. Dd. Hoc tamen non procedit in eo, qui levi e-
brietate affectus, ita ut rationis usu non omninò privatus fuerit, fur-
tum commisit. 2. restringitur in eo, qui datâ operâ, ut delinqueret, in-
ebriatus est. Bald. in l. 1. C. unde Vi. 3. Limitatur, si ebrius postea
mentis compos factus, gloriatur, se hoc vel illud fecisse; talis enim ja-
ctatio pro ratibabitione habetur. Vid. Menoch. d. loc. Ripa in l. ult. n. 79.
C. de revoc. donat.

XI.

Ad rei persecutionem plures actiones
odio furum competunt, velut Condictio
B furti-

furtiva, (a) actio ad exhibendum (b) & rei vindicatio (c) & aliæ. (d)

a) Hæc competit soli Domino. *l. 11. 10. §. 2. π. de cōd. furt. si quis ergò rem alienavit, conditionem non habet. l. 10. §. 1. pen. ff. de cond. furt. Quin imò si quis post litē contestatā desierit esse Dominus reus absolvendus erit. l. 14. p. d. t. Duar. hic. c. 1 p. 918.* Aliis autem qui non sunt Domini rei furtivæ actio hæc non competit, sed conditio vel certi. *l. 9. p. & §. 1. ff. de reb. cred. vel incerti. l. 12. §. ult. ff. de condit. furt. l. 25. §. 1. ff. de furt. l. ult. §. 3. c. eod. vel etiam triticaria. l. 1. f. ff. de cond. trit.* Datur autem adversus furem ejusve heredes, seu successores tantum *§. ult. I. h. t. l. 54. §. 3. ff. eod. §. 14. 18. I. de action. etiam si heres sit infans, furiosus aut pupillus. l. 2. ff. de cond. furt. sed quid si filius. vel servus surripuerit, dabitur ne conditio adversus patrem vel dominum? Affirmo, sc. quatenus ad eos pervenit. l. 4. l. 15. l. pen. ff. de cond. furt. Duar. hic. c. ult. f. Hoc autem speciale est in hac actione, quod hæredes teneantur in solidam. l. 9. ff. de cond. furt. l. 7. §. ult. d. tit. Treutl. hic th. 3. lit. A. cum regulariter ex delicto defuncti heres non obligetur, nisi quatenus ad eum pervenit. l. 17. §. 1. l. 26. & seq. ff. de dol. mal. l. un. C. ex del. def. Petitur hac actione ut reus præstet, quicquid eum ex causa furtiva dare facere oportet. l. 29. §. 1. ff. de V. O. Breviter, res si extat, condicitur, cum omni interesse l. 3. 7. §. 1. 2. l. 13. ff. de cond. furt. interesse autem tam ob damnū datum, quam ob lucrum, quod abest hinc æstimatur. l. 3. d. t. l. 13. ff. rem. rat. hab.) si non extat, loco rei ejus æstimatio petitur. l. 8. ff. de cond. furt. quamvis sine dolo & culpâ furis res perierit. l. 7. §. 2. l. 16. d. t. In æstimatione autem id tempus spectandum, quo res unquam plurimi fuit l. 8. §. 1. l. 13. d. t. Duar. hic. c. 2. cum fur semper sit in mora d. l. 8. §. 1. l. f. d. t. nisi eam purgaverit oblatione rei ablata. l. 7. 2. §. 3. ff. de solut. l. 17. ff. de cond. furt. Duar. c. 2 f. ad d. t. sed quæritur si species nova confecta sit ex re surrepta, an veniat in hanc actionem? Aff. ex l. 13. l. 14. c. ult. ff. de cond. furt. adde l. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. com. Duar. hic. c. 2. m. Denique illud quæro, an quis rectè contra furem intendat, Ajo te mihi dare oportere annulum, vel hominem, vel aliud quid subreptum? Neg. arg. l. 29. §. fi. ff. de V. O. §. 14. I. de action.*

b) l. 7 §. 1 ff. de cond. furt. Et datur ei cujus interest rem surreptam exhiberi. l. 29. ff. ad exhib. l. 7. §. 1. ff. de cond. furt. l. 1 pr. ff. de priv. del.

d) Hæc competit soli Domino l. 23. ff. de R. V. l. fi. C. eod. contra quemvis possessorem rei surreptæ. §. fin I. de Obl. ex del. l. 2. ff. de O. & A. l. 8. l. 12. C. h. t. nullo refuso pretio si ve bonæ si ve malæ fidei possessor sit.

l. 2.

l. 2. C. h. t. l. 3. 23. C. de R. V. P. H. D. art. 213. Clar. 5. rec. sent. §. Furtum. nu. 26. nam nec bonæ fidei possessor rem furtivam ullo, tempore usucapit § 2. *I. de usucap.* Ad rem furtivam persequendam nonnunquam etiam Publicianâ locum habet, si sc. bonæ fidei possessori res aliena ante usucapionem impletam surrepta sit. *l. 1. & passim ff. de publ. act. §. 4. I. de act.* Sed quid opus erat condictione furtiva, annon sufficeret rei vind. ad persequendam rem suam à fure ablatam? Neg. nam præter hoc quod condictio odio furum introducta est, ut pluribus actionibus tenerentur. §. 14. *I. de act.* etiam in hoc utilior est condictio, quòd quomodocunque re extincta non liberatur reus. *l. 7. §. 2. l. 16. ff. de cond. furt.* id autem in rei vindicatione secus se habet. *l. 15. §. 3. l. 27. §. 1. ff. de R. V. Wes. par. de cond. furt. nu. 4.*

d) Quales sunt actiones ex contractu, quo fur rei furtivæ nomine obligatus est. *l. 45. ff. pro soc. l. 42. ff. Locat. l. 16. ff. de cond. furt. l. 71. ff. h. t.*

XII.

Hodie pæna dupli vel quadrupli ferè sublata est, & pæna corporalis ejus loco introducta.

Et quidem ex Const. Friderici Imp. 2. *Feud. 27. §. ult.* quam injustam & contra jus Divinum esse non puto. *arg. l. 16. §. ff. π. de pæn. l. 1. C. ad l. Iul. rep. Wes. par. hic. p. & nu. 15. Harp. §. 5. I. h. t. & Dd. comm.* ideoque Constit. Caroli V. *art. 157. & seq.* approbata, fuit: quæ vult, ut fur semel deprehensus, levius, præsertim in furto non manifesto, quod s. florenos non excedit, si bis, gravius, puniatur, *Dann der erste Diebstahl beschweret den andern / mag derowegen derselbig Dieb in Pranger gestellet / vnnnd daß Land verbotten werden &c.* P. H. D. *art. 161.* sin ter, ultimo afficiatur supplicio. pro differentia sexus & consuetudine loci. P. H. D. *art. 162.* Illa autem tria furta debent esse distincta re & tempore. *Capoll. in Auth. sed novo jure. C. de serv. fug. nu. 105.* Hinc quæstio illa movetur, an pro uno magno furto fur possit suspendi? de qua vid. *Clar. 5. rec. sent. §. Furtum nu. 9. Caccial in l. cum servus. π. de cond. caus. dat.* ubi dicit, se vidisse quendam qui 1200. aureos sarripuerit, tamen pœnam mortis evasisse & tanquam pro primo furto capitaliter non fuisse punitum. Magnum autem furtum arbitrio judicis ex circumstantiis æstimatur. *Mench. A. I. Q. c. 295 n. 10. 11. 12.* ubi dicit, furtum magnum esse si quis Doctori librum, in quem multa scripsit, furto subtrahat &c. Quid si quis duo furta commiserit, & pro illis punitus, vel indulgentia



principis absolutus fueris an pro tertio furto accedente, erit suspendendus? *Aff. arg. l. 28. § 3. ff. de pæn. Clar. d. loc. nu. 12. 13.* Illa enim duo furta aggravant tertium, quia spes emendationis deficit. *Treutl. hic th. 3. lit. E. Menoch. d. loc. nu. 19. Dec. in l. 57. de R. I. P. S. D. art. 171.* Sed si fur rupto laqueo, vivus in terram decidat, an iterum erit suspendendus? *Aff. Cagnol. in l. favorab. de R. I. per l. 15. C. de pæn. Treutl. th. 4. lit. F. Diss. Wes. par. de pæn. nu. 9. & ibi alleg. Dd.* sicut nec damnatum ad supplicium capitale liberari per puellam eum in matrimonium petentem verius est. *Acc. l. 8. f. C. ad l. tul. de vi publ. l. 51. f. ff. ad l. Aquil. l. 27. ff. de pæn. l. 15. C. eod. vid. Schneid. in p. I. h. t. Treutl. d. loc. & ibi Bachov.* An autem cadavera punitorum Medicis ad Anatomicen sint concedenda hic quaeri solet? quod ex magistratus autoritate fieri potest.

Wes. par. de cadav. pun. nu. 2. ubi vid.

alleg. Dd.

F I N I S.



TRA SSBurg, Diss., A627-23

ULB Halle 3
004 527 275




Sl

VD 77







DISPUTATIO JURIDICA
DE

FURTIS,

QUAM

DIVINA FAVENTE GRATIA.

PRÆSIDE

CONSULTISSIMO CLARISSIMOQUE
VIRO,


DN. SIGISMUNDO *Flach*
J.U.D. P.P. P.T. DECANO SPECTA-
TISSIMO, FAUTORE ET PRÆCEPTORE
SUO OMNI ANIMI OBSERVANTIA
COLENDO,

PUBLICÈ DISCVTIENDAM PROPONIT

In Auditorio novo, horâ septimâ.

Ad diem Aprilis.

AUTHOR ET RESPONDENS,
JOH. LUDOVICUS MIEG,
HEIDELBERGENSIS.



ARGENTORATI.

Typis JOHANNIS REPP I, Anno

M. DC. XXIX.

772

48

1629, 9. 2xix